

SCHEMA DI REGESTO

PERGAMENA N. 5

COLLOCAZIONE:

Comune di Atessa- Archivio storico

SERIE:

Fondo pergamene n. 5

DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:

Concessione indulgenza da parte di Re Carlo

ESTREMI CRONOLOGICI:

II agli Atessani

CONDIZIONAMENTO:

27 gennaio 1305

SUPPORTO:

Contenitore di ferro

DIMENSIONI:

Membranaceo

NUMERO DELLE CARTE:

Altezza 29 Larghezza 29,5 Diagonale 41,5

1

NOTE:

Pergamena munita di sigillo.

NOTE:

Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:

Napoli, 27 gennaio 1305.

Il Re Carlo II perdona, e scioglie da ogni pena corporale o pecuniaria, gli abitanti di Atessa per l'infamia di cui si erano macchiati distruggendo le case e raccogliendo i frutti delle terre del feudatario locale Rimario di Miromonte, che tuttavia aveva molestato con offese e persecuzioni gli atessani.

TRADUZIONE:

- 1 Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus
- 2 Capue, Provincie et Forcalquerii comes, universis te/norem presentium inspecturis
Tam presentibus quam futuris. Egregium in opus clementia suadente
- 3 Prosequimur cum ergra (!) subdi/tos motus nostros, quos armat potentia,
mansuetudine decoramus. Crescit enim in eis devotionis vigor et fidei, dum ipsos
- 4 a culpis nostre/ celsitudinis humanitatis abluit nostreque dignitatis fastigium,
illorum devozione crescente, subcrescit. Sane pro parte universitatis hominum/
- 5 terre Atisse nostrorum fidelium fuit expositum coram nobis quod, cum quondam
- 6 Aymarius de Miromonte, cui terram ipsam nostra celsitudo con/cesserai, tempore
eius dominij dicte terre homines ipsos gravibus affecisset iniuriis eorumque
- 7 fuisset infeste contra fas et debitum / persecutus, iidem homines ex iniuriis et
persecutionibus ipsis furosis spiritu concitati, dum ipse Aymarius in ultimis ageret
- 8 et po/st etiam mortem eius, tumultum in populo concitantes et ad domos, quas
- 9 dictus Aymarius in eadem terra construi facerat necnon / et ad vineas curie nostre,
quas Aymarius ipse ex prefata concessione tenuerat hostiliter accedentes, domos
- 10 ipsas per cuiusdam furo/ris impetum diruerunt uvasque dictarum vinearum

vindimiari fecerunt seu colligi pro eorum arbitrio voluntatis, alios graves et
11 eno/rmes excessus in bonis et rebus eiusdem Aymarij committendo. Nunc autem
12 eorum in premissis profitentes infamiam et errorem, ma/iestati nostre cum
penitudinis spiritu devotius, ut ex hijs in eos non iudicium sed
13 misericordiam exercere eisque culpas et / offensas in premissis commissas
excessibus misericorditer remittere dignaremur. Nos ergo gloriosum regibus
14 agnoscentes iudicii mi/tigare rigorem in subditis et exercere misericordine
lenitatem es culpas et offensas per dictam uiversitatem seu speciales /
15 personas ipsius contra nostre maiestatis reverentiam seu curie nostre dampnum
16 tam in tumultus concitatione predicti quam in dictarum / domorum dirutione et
uavarum vindemiatione seu collectione commissas et penas etiam corporales seu
17 pecuniarias, quas pro illis / severitas iuris indiceret, de certa nostra scientia tam
generose quam misericorditer eis presentium tenore remittimus et totaliter
18 relaxamus, / volentes et universis officialibus nostris presentibus et futuris sub
19 obtentu nostre gratie tenore presentium firmiter et espresse iubentes / ut huismodi
nostre remissionis et relaxionis gratiam dicte universitati et quibuslibet
20 specialibus personis ipsius servantes efficaciter et / servari facientes illesam contra
eorum seriem universitatem ipsam et speciales personas ipsius impetere quoquo
21 modo aut mole/stare non audeant et, quantum in eis est, per alias molestari vel
22 impeti aliquatenus non permictant. In cuius rei testimonium / dictarumque
universitatis et specialium personarum cautelam presentes nostras licteras eis
23 exinde fieri et pendenti maiestatis / nostre sigillo iussimus communiri. Datum
24 Neapoli per Bartholomeum del Capua militem logothetam et protho/notarium
regni Sicilie anno domini millesimo trecentesimoquinto die vicesimoseptimo
25 januarii tertie inductionis, regnorum / nostrorum anno vigesimoprimo.